



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas
Psalmorvm Decades**

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quoniam uisitas
eum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

Obserua distributionem, ccelos appellat opera digitorum dei, lunam & stel-
lae sunt fundatae dei. An non ccelos quoq; ipse fundat? an non luna & stellae sunt
opera digitorum eius? Cur ergo sic distribuit? utrumque certe ipse facit solus,
& utrumque in utrisque operatur. Digi*tum* eius faciunt tam ccelos, & lunam &
stellas, & ipse fundat tam lunam & stellas, & ccelos. Verum ideo hac distribu-
tione usus est, ne (sicut Corinthii) illus diceret: Ego sum Pauli, ego Cephe,
ego Apollo. Non enim Apostoli Ecclesiam, & fideles, fundauerunt, sed deus
qui incrementum dat, sunt tamen ministri, per quos (inquit) credidistis, id est, Apostoli, sed
fundati estis. Ipsi uero per nullos alias se priores Apostolos fundati sunt, sed Christus fun-
davit. sunt opera digitorum dei prima, iuxta illud psalmi. xxxij. Verbo domini celi
firmati sunt, & spiritu oris eius, omnis uirius eorum. In qua re, quid opus est ite
rum admonere maiores Ecclesiarum, ut intelligent non satis esse si fundentur in
Christo cū ceteris, nisi sint opera digitorum dei, scilicet uocati & facti ex deo?
Atnunc quid sunt, nisi opera manuum hominum, simulachra gentium, au-
rum, & argentum? Aures enim habent, & non audiunt uerbum: dei, oculos, Maiores Ec-
& non uident seipso, manus habent, & non palpant, alijs bene faciendo, nec quid sint.
est uox in gutture eorum, non enim docent. Atque ita obtinuit quoque usus,
dei, creatura hominis non essent. Et dignum est seculum nostrum, has uen-
tofas & audaces adulations audire. Denique in p̄fationibus Epistolarum Adulationes
non separant hominis & dei gratiam: Dei (inquit) & Apostolicæ sedis gra, audaces secu-
tia. Quasi parum sit, dei gratia, aut non prophanum eodem titulo, dei & ho, lo nostro dia-
minis gratiam æquare. Abominatio ista in loco sancto stans, etiam placet his, gnas.
qui eam summis uiribus debuerant propellere. Verum transeat ista iniq;itas,
dabitur nostris sua moribus ætas, ut præsent simul gratia Apostolicæ sedis,
& indignatione tribunalis Christi. Apostolica sedes debuerat agnoscere tan-
q; gratiam sibi factam, si cooperatores mereretur obtinere, & compellere inu^{Onus, non}
tos, tanq; onus, & non gratiam impositura, gratia.

Quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quo-
ni am uisitas eum?

Primum, quia uarios hic exercitauit locus autores, illud sciendum quod in
hebreo, non est coniunctio disiunctiva, in quare, & si parua, Augustinus,
Cassio, & alijs suam intelligētiā collocant, dum dicunt: Aut filius hominis,
pertinere ad Christum propter disiunctiūam: Et, quid est homo, pertinere ad
omnes alios. Verum hebreus constanter haber: Et filius hominis, dicens:
ובן אדם uben Adam, & hunc sequemur, autoritate Pauli heb. ij. utrumque
de Christo intellecturi, ubi dicit: Testatur autem in loco quodam quis: Quid
est homo q; memor es eius, aut filius hominis, quoniam uisitas eum? Quanq;
si etiam coniunctio disiunctiva seruetur, non urget alium hominem, alium si-
lum hominis intelligi, q; usu permissum sit ijs, qui cum admiratione nimia
(ut hic locus) interrogant, Tautologia tum disiunctiva utantur tum copula-
tiua, ad indulgendū affectibus, ut ibi: Popule meus quid feci tibi, aut in quo
molestus fui, aut in quo contristauit.

Q. iiiij Deinde

Deinde obseruandum, Hebraea lingua duobus nominibus appellat hominem, in quantum natura constat: Quae sunt אָדָם Adam, & שְׁנִיאֵן Enos. Territum, quod יְהֹוָה Is dicitur, & saepius pro homine transfertur, rectius uir duxat transferreretur, cum ab eo dicatur הַאֲשֶׁר אִשָּׂא Isra uxor, seu mulier. Quasi diceret. Vnde uirago, uel uiracea, quia inquit Gen. iij. de Is, id est, uiro suo, sumpta est. & Is fere in scripturis mariti, aut magistratus nomen est, & omnino magis ab officio, quam natura sic dicitur: de quo psalmo primo diximus. Enos autem, & Adam sic differunt auctore Euseb. xj. præpa. Euang. iiiij. & diuino Hieronymo in questionibus hebraicis, quod Enos propriæ hominum significet secundum manuam Adam secundum corpus. Ethoc recte אָדָם Adam enim hebraice terram significat, de qua secundum corpus formatus est: ut sit Adam dictus ab originis, & materiae suæ uocabulo, uelut terrenus, seu terrestris. Ad quod respexisse p[ro]spicie cernitur Apostolus. j. Cor. xv. ubi dicit: Primus homo, de terra terrenus. Secundus homo, de celo coelestis, qualis terrenus, tales & terreni &c. Et translator quoque psalmi. xlviij. anxie conatus differentiam in aliena lingua reddere, dixit: Quique terrigenæ & filii hominum: ubi dicit, tam filii Adam, & filii Is, uocans filios Adam, filios terra, seu terrigenas, obscurissime loquens, ppter intemperiu[m] Etymologiam, satis tamen indicans, Adam sonare terram, ac si latine hominem ab humo dices, humigenam, uel humanum.

Enos autem Etymologia sua, Euseb[io] significat obliuiscerentem, & sic distinguunt hunc uersum, sicut & in hebreo habetur: Quid est Enos, quoniam memor es eius? Et filius Adam, quoniam uisitas eum? Ioannes Reuchlin, dicit: Enos ab afflictione, dolore, moerore dictum, quod una cum Euseb[io] sententia satis placet, quod homo iuxta animam suam oblitus sit dei sui per peccatum,

Impi⁹ frequen⁹ non ea quidē obliuione, quae uulgaris est. Nam quis tam impius, qui non plu⁹ ter dei memo rima de deo garrit, & cogitet? Quin nemo frequentius dei memor est, & im-

res. p[ro]p[ter]i, maledici, blasphemari, & superbi, qui (ut Isaia inquit) nominis domini recordantur, neque in iudicio, neque in ueritate: hoc est, nomen domini assidue usurpant, sed in uanum. His bonum est, ut nominis domini obliuiscerentur, sicut bonum est ei sacrifici abstinenere, qui non pure ea tractat. Sed obliuiscen-

tem eum significat Enos, qui in spiritu & ueritate, dei & sui est oblitus. Cui deus iam non deus est nec pater, nec dulcis, sed iudex, hostis, terribilis, qualis erat Adam cum fugeret in paradiso a facie domini. Nonne hic nimio erat membrum dei: immo nimium sensit presentem, maluissim⁹ absentem, quod & omnes daemones & damnati mallent, qui contremiscunt a facie eius assidue. Qui cuncti ergo a deo desertus, in eius misericordia non fuerit eruditus, hic est Enos, miser, molestus, pauidus, desperatus, & plane inconsolabilis. Quis console-

Consciētia lata tur eum, cuius conscientia eum contristat. At conscientia lata non est, nisi ea ta & tristis.

quæ fidit in dulcissimam dei misericordiam, audens eum patrem cum omnifiducia appellare, nec iudicium, nec mortem, nec ullum malum, praehac fiducia metuens. Sicut econtra tristis non est, nisi quæ hac fiducia inanis, sentit illud Deut. xxviij. Dabit tibi dominus cor pauidum, & animam moerore consumptam: Mane dices, quis mihi det uespere & uespere, quis mihi det mane. Hæc igitur obliuio facit Enos & hominem, in quam maxime nos protrudunt traditiones, consilia, solatia hominum, sola autem fides liberat, & memorem rursus dei facit, non nisi misericordiam, & charitatem in Christo nobis proponeat & commendans.

Vide

Vide ergo Antithesin gnauiter positam. Quid est Enos, quoniam me
mor es eius? Memoriam dei & oblitioiem nostram pulcherrime componit.
Et nescio an Propheta uere, memorem deum, ideo dixerit, ut Enos Etymo-
logiam indicaret? An Eusebius ex uerbo meministi, Enos obliuiscerent Ety-
mologiarunt. Nam illud: Et filius hominis, qui uisitas eum, obscuriore, uel
nulla Antithesi dicitur, nisi in hoc spectetur, quod deus cœli, & filius ter-
ram. Sic illud psalmi. ex. Quis sicut deus noster, qui in altis habitat, & hu-
milia respicit?

Igitur grande miraculum est, hominem qui in seipso & omnium oculis de-
relicet, desperatus, oblitus dei, nihil minus sentit, q̄ deum sui memorem, esse
deo in memoria. Et cor hominis debet, ac potest hoc credere & capere, deum
esse iucundum, benevolentem, dulcem, quem non sentit, nisi iracundum, hor-
rendum, insustentabilem. Quis non miretur? quis non dicat: Quid est homo,
q̄ memor eius? Opera dei sunt hæc incomprehensibilia, nisi per fidem, & ue-
lūgia hæc non cognoscuntur, psalmo. lxviii. Ita uisitari filium hominis, quis
credat a deo, cum nō sit nisi despectus ab omnibus, nec in eo quicq̄ apparet, Filius hominis
signat uisitati
num in hoc.

Nunc nihil uultus dici potest de homine, q̄ sit filius hominis (nisi uellet ho-
minem negare) hic enim titulus communis est, quantumlibet omnium, no-
uissimus, & uisissimus. Et grādis est Tapinosis in uerbis istis: Filius hominis,
sicut in uerbis Pilati, quando dixit de Christo: Ecce homo. Vult enim uisitatu-
mo nomine eum appellare, quod nemo hominum in altero multum curat, &
tamen ita deus curat, ut uisitetur, & ad eum ueniat, quem uniuersi ne respiciunt
quidem. Vnde in Propheta Iaia, lxij. sublimes hominum oculos in persona-
rum respectu occupatos arguens, dicit: Si uideris nudū, operi eum, & carnem
tuam ne despixeris. Ecce tuam carnem appellat, nudum, famelicum, sitiens
egenum, & quo quisq̄ est nouissimus. Sic icilicet formam, quæ in om-
nibus nobis communissima est, nemo nostrum perpendit, pro qua culpa di-
gni sunt sapientes illi, ut uniuersalia, uel Purphyrii, uel Aristotelis somnient,
& naturas communes uanissimo studio, perditoq; labore quaerat, qui uniuer-
salia illa creatoris in seipsis negligunt.

Emphasim ergo uide. Non solum nouit Enos, sed memor est, nunq̄ obliu-
scitur eius, semper bene cogitat de eo, nunq̄ derelinquit. Vnde huius rei ex-
emplum Iaia, xix. describitur: Et dixit Zion, Derelinquit me dominus, &
dominus oblitus est mei. Nūquid obliuisci potest multier infantis sui, ut non
misereatur filio ueteri suo? Et si illa oblitera fuerit, ego tamen nō obliuiscar tui:
Ecce in manibus meis descripte, & muri tui coram oculis meis semper. Ita
non solum uider, aut ad filium hominis mittit a lōge, sed prope est dominus,
& uisitat eum, sicut amicus, amicum suum. Quis (inq̄) crederet hæc? at, nisi cre-
datur, non fiunt. Proinde exui oportet omnem laruam, & relinquat aliud nisi sit et.
hil, q̄ hominem & filium hominis, si dignus esse uelit quispiam memoria &
uisitatione dei. Alta enim a longe cognoscit, humilia, & afficta recipit. Ho-
mo contra, quiduis magis obseruat, q̄ hominem, & filium hominis, cum sit
tamen proximus iuuus, & caro sua.

Verum

Naturarum
communia us
nißima studia

M A R. L V T H E R I O P E R A T I O

Quo nomine Christus filius hominis. Verum, quomodo hæc conuenient Christo, de quo diximus proprie^{polo} tam loqui, teste apostolo ad Hebraeos: At idem Philippien, ij. breviter id est dit, dicens: Qui cum esset in forma dei, non rapinam arbitratu^s est esse aqua^{polo} lem deo, sed exinanuit se, formam serui accipie^s, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Non enim inuentus est ut Rex, princip^s, aut aliquid eiusmodi personarum, sed ut filius homini^s, similis homini noui^s, ficitus, & omnino sicut unus ex nouissimis nobis, portas in seipso tram pati pro nobis, & factus uilissimus terræ fultus in oculis hominum, ut non soli ipsi sed nec ulli mortalium uideretur deus esse memor eius, aut eum uisitare, qui ipse de se, dixit: Perit fuga a me, & non est qui requirat anima^m mea. Et iterum factus sum tanq^{ue} uas perditum, projectus sum a facie oculorum tuorum. Potissimum autem, respicit ad tempus passionis Christi, quando incepit tene^{polo} & pauere in horto, tunc enim exinanitus, factus est Enos coram deo & seipso, factus filius Adam coram hoibus, relictusq^{ue} aliud nihil q^{ue} natura sibi, natus ræq^{ue} uocabula. Nam, sicut dixi, Enos ad animam, Adam ad corpus pertinere, ita primum sequitur: Enos p^{re}tinere ad hominem, ut est cora deo, miser & afflictus, Adam filius, ut est coram hominibus, uilis & despctus.

Christus mirabilis in operibus suis. Ecce ergo: Hic est sol iusticiae, rex noster, super quo miratur ingenti stupore propheta: Nunquid hic illuminabit lunam & stellas, & creabit celos immo fundabit? Sic, utiq^{ue} sic, Sic lucet, his radis illustrat mundum, qui eum recipit, ideo enim necesse est lunam & stellas fundari, ne hac solis sui luce offensi ruant, Atq^{ue} haec ratio est, cum tam magnifica Allegoria, celos, lunam, & stellas praedicassem, cum iam expectaretur, ut de sole quoq^{ue} dicere, repete uideatur aliena loqui, raptus in stuporem, solis huius gloriam ineffabilem demonstrans, magisq^{ue} admirante silentio, q^{ue} magniloquo uerbo eum indicans. Ac si dicat, de luna & stellis audistis. Porro de sole quid dicam? Stupore superior, sol est, sed quis capiat, cum sit Enos, & filius Adam? Vere mirabilis & laudubilis deus, qui huius memor es, & eum uisitas, quanto magis mirabilis, q^{ue} hunc solem esse constituerit omnium illuminatorem: illud mirabile, hoc plusq^{ue} mirabile, & homini incredibile profus.

Hic nunc uideat quisq^{ue} sibi: Primum, q^{ue} patiens, aur plenus sit radiorum hucus solis iusticiae, quia enim peccatum destruendum est, quod sine dolore & ignominia fieri non potest, ideo Enos, & filium hominis fieri quemq^{ue} necesse est, ut sit intus dolens, & foris confusus, & sic utriq^{ue} nomini natura fure satisfaciat & respondeat, similisq^{ue} fiat Christo, qui similis prior factus est ei. Nos enim nihil ita fugimus, atq^{ue} ne simus, scilicet Enos, & Adam, semper delectati alienis uestimentis pulmis & laruis, & ea quæ iustorum & sanctorum sunt nobis uendicare, id est, laetitiam, & gloriam. Verum sol iusticiae, non sicut lucet, nec tales illuminat, nec super se fundat.

Deinde, ubi talis fuerit, confidat & gaudeat, huius uersus solatio cantans & sciens, quoniam dominus memor est Enos, & uisitat filium hominis, sicut in Christo sole suo ostendit. Porro, quomodo Christus hac ratione Enos & obliuiscens dei fuerit, & filius hominis, per omnia similis nobis, forte psalm. x. latius dicetur.

Minuisti eum paulominus ab angelis: Gloria & honore coronaasti eum.

Nostrⁱ